

DEDICATORIA.

rem: quæq; aliquando meditatus fueram
in lucem ederem. Ego verò tam honestæ
illorum petitioni refragari nolui, cū præ-
ferim viderem, cum illa publicum quoq;
beneficiū cōtineri. Quare vt priorē parte
quam iam elapso trienio typis dedimus,
sic quoque & hæc secunda imprimeretur
haud sane molestè tuli. Quod autem non
hæc omnia vno volumine comprehensa
fuerint, partim hoc accidit, quoniam il-
lud nimis forsan excreuisset: partim etiā,
quia cum alterum Typographis excuden-
dum dabatur, nondum huic præsentī ma-
num apposueram. Tibi verò, & hanc par-
tem dedicare volui Illustrissime ac Reue-
rendissime pater, ratus hanc tibi non mi-
nus, quam prior placiturā. Deinde cū
videam me indies magis magisque abs te
amari, mihi profectò ingratus viderer, si
vllialij, quam tibi hos labores, quos in eo-
dem argumento consumpsi, quosque tibi
tanto tempore gratos fuisse cognoui, in-
scriberem. Erunt autem hi cum aliquod
meæ constantissimæ erga te voluntatis at-
que obseruantia testimonium, qua qui-
dem & tibi semper sim deditissimus plu-
rimis tuis in me beneficijs cogor, cū mea